

*Vetustissimae S S. Martyrum Vitalis ac Valeriae prope Sereny Oppidum Ecclesiae et partim devotissimae, ibidem, cultae Deiparae imaginis gratiarum ac miraculorum descriptio*

*Distat ab hoc burgo tercentum passibus aedes  
Ex qua sol nobis parte recondit iter  
Cuius prisca, licet lustravim scripta, vetustas  
Ulterius tendit, nilque patentis habet.  
Vitalis Martyr, Martyrque Valeria templum  
Devotum meritis hoc habuere suis.  
Si tot picturis, quas omnes vidimus olim  
Quasque videmus adhuc, sit mihi danda fides,  
Hanc adeo antiquam produunt, ut jure vocetur  
Nonnisi principis immemoranda suis.  
Tempore quo Burgi jam divus Carolus aedes  
Visit, in antiquis haec quoque visa locis.  
Quinimmo alterius Borromei Praesulis acta  
Volvens descriptam laudibus esse lego.  
Scilicet hoc populo populisque affinis illo  
Esse frequentatam tempore Praesul ait.  
Visa tamen pietas, visus decrescere cultus  
Quodque prius templum, porticus inde fuit.  
Nec mirere tamen, tunc quippe diutina pestis  
Innumeras fuerat depopulata domos  
Hicque reponendis sita magalia pressis  
Hocque cadaveribus fossa sepulcra loco.  
Ditior ut vero radiis solet inde videri  
Sol aliquos tectus nubibus ante dies,  
Sic huius maior surrexit gloria templi,  
Cum fuit ex aliqua parte sepultus honor.  
Hic igitur Populi creverunt vota precesque,  
Mox ubi celestem gens pia sensit opem.  
Scilicet hic divae depicta est Matris imago,  
Quae simul orantum cor oculosque rapit.  
Haec oculis stantes, oculis comitatur euntes  
Et sibi fixa videt lumina quisquis adest;  
Antiquo quamquam non sit memorabilis aere  
Nil tamen haec tanto tempore laesa fuit.  
Servat adhuc vivos, ac si modo picta, colores;  
tota labris remanet gratia, tota genis.  
Rubra nitet vestis flavique coloris amictus  
A capite ad summos defluit usque pedes.  
Haec sedet inque genu considit blandolus infans,  
Quem complexa suos admovet illa sinus;*

*Descrizione dell'antichissima Chiesa dei Santi Vitale e Valeria nel borgo di Seregno e delle grazie e dei miracoli ivi compiuti dalla Madonna*

Sorge non lunge dalle nostre case  
l'umil chiesetta del mio canto e al bacio  
estremo volge del morente sole;  
vetusta sì che indarno per gli antichi  
scritti degli avi nostri andai cercando  
de l'origine sua. Tutto s'asconde  
ne la fuga dei secoli caduti  
e nulla appar. Qui meritato tempio  
a Valeria e Vital martiri sorse;  
e quanto resta ancor dipinto e sculto  
di tempi a noi mal conosciuti parla.  
Già qui veniva a la preghiera l'almo  
Carlo nostro pastor, quando le cure  
del popoi suo ne lo chiamava; e l'altro  
Presule Borromeo ne le sue carte  
la sacra imago veneranda attesta  
che vi traeva d'intorno dei fedeli  
la fe', la speme, il sacro ardor. Ah! poscia  
scemata la pietà, scemato il culto,  
quello che pria fu tempio in un vil antro  
mutò l'aspetto; e quando furibonda  
scese la peste a desolar le case,  
qui sorsero capanne a' moribondi  
e ai trapassati si scavar le fosse.  
Ma come il sol più fulgido risponde  
poi che per lunghi giorni il suo sorriso  
rapir le nubi, tal da la ruina  
parve più bello lo splendor del tempio.  
Qui s'avvisò del popolo la fede,  
poi che copiosi salir le preci e i voti,  
poi che sentir da quello i supplicanti  
spirar possente una virtù divina.  
Allor una divota man vi pinse  
de la Madre di Dio la santa imago  
perfetta sì che dei fedeli il guardo  
e il cor rapisce. Allor, che fermo  
t'affisi in lei, la dolce sua pupilla  
in te si posa e sempre l'accompagna  
quando ti scosti; degli astanti ognuno  
vede in sè fisso il guardo suo divino.

*Stat puer a dextris et dextram tollit apertas  
Seu coeli nobis indicet esse fores.  
His igitur dictis, de Matris imagine dicam  
Devotis forsán grata futura suis.*

*Eger erat multos pressusque doloribus annos  
Nomine qui dictus Bartholomeus erat;  
Jam nullae misero fuerant in corpore vires,  
Vivus (quid dicam plura?) cadaver erat.  
Cum sibi visa fuit divinae haec Matris imago  
Et sibi tum miserans talia verba loqui  
« Surge, veni supplex ad nostram protinus aram  
Hic referes vitae munera, surge, veni ».  
Dixerat: optatae tunc spe fretus ille salutis  
Impatiens tentat surgere et impos erat.  
Quem mihi Virgo, rogat, dignata es pandere portum  
Da mihi da vires hunc ut adire queam.  
Annuít alma Parens, ullasque in corpore vires  
Sentit moxque manus et movet ille pedes.  
Exsurgit sensim titubans nixusque bacillis  
Vix stat et ambiguis passibus ire parat.  
Quid facies? Ibis? Tibi sed vix ullus eundi  
Est vigor. Absistes? Ire sed urget amor.  
Vincat amor subeasque viam. Quae dixit agendum  
Hoc iter, ipsa dabit te quoque posse sequi.  
Ergo labans graditur, visus stupet obvius omnis;  
Non graditur, melius dixero, repit humi.  
Quot fuerint passus, puto, tot suspiria duxit.  
Scilicet, ille labor non nisi magnus erat.  
Nec nisi post multas ille pervenerat horas;  
Nam brevis est, aegro sed via longa fuit.  
Hic genibus flexis fixoque in imagine vultu,  
Optatam toto pectore poscit opem.  
Qui fuerint sensus, quae verba precantia dicam:  
Suppeditabat amor verba simulque dolor.*

Immemoranda volse a lei d'intorno  
la lunga etade; eppur l'ala del tempo  
non la sfiorò: brillano vivi ancora  
i suoi colori, ancor erra sul labbro  
il tremulo sorriso e una pudica  
grazia divina le sue guance adorna.  
Splende la veste sua color di fiamma  
e un bianco velo le discende ai piedi  
fluente e molle. Siede Ella regina  
e un bambinello sopra le ginocchia  
posa stretto al suo seno e la manina  
levata in alto a tutti additar sembra  
le dischiuse per Lui porte del Cielo.  
Tal de la Madre è il simulacro. Or canti  
l'umile Musa le sue glorie e spiri  
soave a voi, che l'onorate, il carme.

Gemeva oppresso d'infinita doglia  
un tal Bartolomeo già da molt'anni:  
giacea inerme, chè vigor alcuno  
più non fluiva a le consuete membra;  
e già di morte l'invocato spettro  
a lui premeva terribile intorno,  
quando nei sogni desolati parve  
pingersi agli occhi suoi questa soave  
figura di Maria e in dolce accento  
così parlar: « Sorgi, infelice, sorgi! »  
Così parlò e in core al supplicante  
mille speranze s'avvivar. Sicuro  
ne la voce del ciel, tenta fidente  
d'ergersi sulle membra... Ed ah! ricade  
miseramente! « O Vergin divina »,  
ei grida allor, « tu mi hai ridesta in seno  
una speranza sopita e tu la compi.  
Or la tua possa mi sostenga e al porto,  
che mi additasti, il tuo possente braccio  
me trepidante adduca, o dolce, o pia,  
clementissima Vergine Maria ».  
Allor parve più fulgido il sorriso  
a la pietosa Madre errar sul labbro.  
Già sembra all'infelice che una forza  
novissima e arcana gli discorra  
lieve, fluente ne le membra: il braccio  
obbediente si ridesta e al suolo  
si stende incerto e trepidante il piede.  
Sorge e ritenta su le grucce il passo  
e a più lungo cammin desio lo spinge;

*Nec mora: non aliter pulsus venit illico morbus  
Adversis nubes ac venit acta notis.  
Appensisque suis apud hoc altare bacillis,  
« Mater, ait, grates quas ego semper agam.  
Me tibi me totum voveo semperque manebit  
Hoc votum votis posse placere tuis ».  
Exsultansque domum rediit praecoque faventis  
Et tanti semper muneris ille fuit:  
Hinc crevit pietas, hinc crevit fama fidesque,  
Prodigiis Virgo crevit et ipsa suis.*

*Prae reliquis meritas sibi vult Anselmus ab Ortu  
Laudes; nam templo reddidit ille decus.  
Hic Mediolani clarus decurio gestis  
Inclytus ac titulis, hic Eques atque Comes  
Adjuit hic, inquam, renovandis moenibus auctor  
Inceptumque suis sumptibus auxit opus.  
Fecit hic antiquae millenis imaginis esset  
Archetypum multis ut patet esse locis.  
Hoc etiam summo Dominus Franciscus ab Ortu  
Presbiter in templum captus amore fuit,*

ma fino al tempio il sosterran le forze?  
Oh vinca in te l'amor, vinca la fiamma,  
che a piè dell'ara grato ti sospinge;  
Maria che ti chiamò, essa t'infonda  
ne le membra vigor. Gemendo intanto  
di dolor e di stento egli s'avvia  
barcollante alla meta. Si sofferma  
stupito ogni passante a riguardarlo  
e all'animo gentil tosto s'accende  
pietà del sofferente, che non muove  
mutando i passi e par che si trascini  
brancicando il terren e sospirando.  
Breve è il cammin a chi franco l'imprende,  
ma interminato all'infelice. Alfine  
compiuto è il suo desio: entra, si prostra  
a piè dell'ara supplicata e fisso  
ne l'immagine il guardo implora e piange.  
Ed ecco il morbo più non è. Disparve  
come nube che fugge innanzi al vento.  
Sorge or felice e di letizia nuova;  
radiante in volto le sue grucce appende  
e delle grazie scioglie l'inno: « O Madre,  
eterno, eterno sul mio labbro suoni  
a te devoto il canto, che prorompe  
da l'intimo de l'anima e a te se 'n vola.  
A te consacro la mia vita e il novo  
vigor che la ridesta: « Oh! mi fia dato  
sempre piacere a te; tale è il mio voto ».  
Poi lieto riede al suo tugurio e grato  
di sì gran favor, sempre e dovunque  
de la Vergin del Ciel canta le lodi.  
Così s'accrebbe la pietà devota  
ne l'alme dei fedeli e tra prodigi  
giganteggiò di gioia redimita  
de la Madre di Dio l'alta possanza.

Però che degno di Maria rifulse  
rinnovellato il tempio; e il ricostrusse  
un tal Anselmo dei conti Dell'Orto  
illustre di Milan decurione e conte  
e dell'equestre onor adorno. Il tempio  
ei fe' più grande ed arricchì, e in mille  
copie per lui diffusa, l'alta imago  
or conosce ogni popolo ed onora.  
Qui pur si piacque la virtude eletta  
di Francesco dall'Orto, cui il casto

Ornavit vivens jussitque in morte per omnes  
 Hic sacra festivos semper agenda dies.  
 Singula quin memorem? Sic paucis plurima dicam:  
 Virginis hic floret gratia, gentis amor.  
 Quo siquidem Burgi recta est Ecclesia maior,\*  
 Ista sodalitia nunc quoque recta venit;  
 His ubi Martiribus celebrantur festa quotannis  
 Reliquias Parochus fertque refertque suas.  
 Ter petit supplex Maiori Clerus ab aede  
 Hasque sodalitia concomitante preces.  
 Haec igitur sensim Confratrum regula templi  
 Accumulavit opes, nobilitavit opus,  
 Dignior hic siquidem constructa est Virginis ara  
 Plastica, prodigiis ars ubi visa suis.  
 Scilicet ex alto pendet dignissima visu  
 Phidiaca nuper sculpta corona manu.  
 Effingensque simul sculptum tentoria velum  
 Ad summos arae defluit usque gradus.  
 Et veluti volitans gestansque hinc inde coronam  
 Alter ibi ac ingens Angelus alter adest.  
 Ut videre tibi descriptam proximus aram  
 Cernere, finge tibi Regis adesse throno.  
 Splendida cristallis et circum ditior auro  
 Prominet e medio grandis Icona situ,  
 Quae tamen exsuperat pretium nobisque canenda  
 Inclita portentis est tot imago suis.  
 Si mihi posse loqui centum natura dedisset  
 Linguis et multos multa referre dies,  
 Totque et tanta satis nondum miracula possem  
 Dicere; nam semper plura canenda forent.

\* Quanto si dice, si riferisce al tempio di S. Giuseppe, proprio allora appena finito



fior di Maria fu decoro all'alma  
sacerdotal pietade. Ei pure il tempio  
vivendo ornava e, quando a Dio scioglieva  
l'estremo suo sospir, volle che ognora  
nel dì festivo si levasse al cielo  
di qui l'Ostia di pace e di salute.  
Più non dirò, se non che qui fiorisce  
De la Vergine la grazia e di suoi figli  
un indomito amor. Ben sorse poscia  
in quel borgo più bella all'alto Iddio  
la maestà d'un maggior tempio\*. Indarno!  
Chè del popolo il cuor più si riposa  
ne la chiesetta di Maria: vi spira  
una pace soave, un indistinto  
senso d'alta pietade e di conforto.  
Qui sorse e prosperò, grande per molta  
schiera devota, il sodalizio sacro  
a la Vergin del Ciel. Oh bella, oh santa  
la letizia del cor, quando risuona  
di cantici la via ed esultan l'ossa  
de' martiri passando il dì ch'è sacro  
a le memorie loro. Li consegue  
questa turba devota, che s'aderge  
da le cure mortali ne la casta  
gioia di Cristo e de' suoi Santi. Splende  
nella sua veste ognun e nel sorriso,  
che s'effonde dal labbro e si rispecchia  
de la rosea natura nella festa.  
E l'onor del suo tempio il sodalizio  
di Maria curò con le in brev'ora  
adunate ricchezze. E fu costrutta  
a la Madre di Dio più degna un'ara  
d'elettissimi marmi, ove miranda  
l'arte apparve dell'uom. Ecco due grandi  
Angeli che sostengon sospesi  
d'ambo le parti graziosa corona  
testè scolpita da fidiaca mano;  
e ai piedi dell'altare ne discende  
fluente e molle un delicato velo,  
sculto pur esso, che l'altar comprende;  
e se ne vuoi, lettor, più viva imago,  
fa' che l'ardente fantasia si pinga  
di possente monarca eccelso il trono.  
Di gemme e d'oro è splendido e, nel mezzo,

\* Quanto si dice, si riferisce al tempio di S. Giuseppe, proprio allora appena finito.



Prisca igitur mitto solumve recentia nostris  
Et quae sunt oculis visa patere feram.  
O si votivis constaret quaeque tabellis  
Gratia, supplicibus saepe recepta suis,  
Tota videretur decorata Ecclesia votis.  
Auctus et innumeris testibus esset honor.  
Fons Solimaeus erat, cuius qui primus in undis  
Eger se poterat mergere, sanus erat.  
Unus ab hoc poterat sanari fonte quotannis  
Motaque ab Aligero qua foret unda die.  
Fons igitur nostrae cedat Solimitides arae,  
Nam solet hic aegris promptior esse salus.  
Ex tot fons illic sanabat millibus unum,  
Hic quicumque rogat dona salutis habet.  
Illic ad multum torpebant temporis aegri,  
Prompta sed hic cunctis est medicina malis.  
Vivit adhuc testisque manet Victoris ab Ortu  
Filia, quae sensit Virginis huius opem.  
Heu miseram! quantum surdavit fletibus auras  
Quantaque tam longo tempore poena fuit.  
Irrita tres fuerant terrena remedia menses,  
Cum quaerenda sibi Coelica sola vidit.  
Ergo simul junctas tendens ad sidera palmas,  
« Tu mihi subvenias optima Mater », ait.  
Tum sibi magna fuit noctu lux visa sibi que  
Visa audire: « Cupis surgere? Surge! Potes ».  
Aegra diu immotum sensit tum mobile corpus;  
Se versat, gestit, surgere tentat, abit.  
Iam prope ter decimus quamvis effugerit annus,  
Nunc quoque nunc tantum muneris illa canit.

de la Vergine il quadro alto campeggia;  
ma è l'immagine sola ch'ogni pregio  
ogni umano tesor oltre trascende.  
Questa risplenda nel mio canto e, cinta  
de' suoi prodigi, essa grandeggi ancora.

Oh! s'io potessi qui con mille e mille  
lingue narrarli! Nel sermon gradito  
volerebbero i dì! Dunque, i portenti  
che l'oblio del tempo ormai ricopre,  
non ricordiam; sol dei recenti splenda  
la gioconda memoria e la favella;  
Chè, se pendenti dall'umil parete  
mille votive tavolette al guardo  
del pellegrin dicessero l'istoria  
intera dei portenti, illustre e grande  
del Santuario voleria la fama.  
Eravi un fonte a Solima e l'infermo  
fidente vi traeva, però che, quando  
dell'Angelo del Ciel potente il soffio  
l'onda scotea, chi si tuffava primo  
n'usciva guarito: uno, sol uno, e solo  
il dì che una virtù scendea dall'alto  
a confortar l'umana polve. Oh! dunque  
ceda il fonte di Solima all'altare  
de la Vergin nostra, che più presto  
suol qui trovar l'infermo la salute.  
Uno tra mille da quel fonte usciva  
dalla lebbra mondato, e qui ciascuno  
ottiene favor, che supplice domanda.  
Vive pur ora di Vittor Dall'Orto  
una figlia devota, che la possa  
divina di Maria in sè provata  
teste fedele ne ricorda il vanto.  
Ahi! quante volte l'aure fuggenti  
portar de' pianti suoi l'eco angosciosa!  
Quanto soffrì!, chè pur tre lune indarno  
alla possa dell'uom chiese soccorso.  
Allor s'aprì nel cor della celeste  
virtù la speme e al Ciel le palme eretta:  
« Or tu m'aiuta, o buona, o santa Madre »  
grida dolente; ed ecco un'improvvisa  
luce la densa tenebra notturna  
dissipa, il ciglio le percote e « Sorgi »,  
parle udir, « sorgi chè il puoi; i voti  
dell'anelo tuo cuor la sovrumana  
virtù seconda ». Allor sente l'inferma

*Hic etiam grates Peregrus Baptista rependit,  
 Reddita cui nuper Virgine vita fuit.  
 Cum per sollicitos curru deducitur arvis  
 Ad sua ruricolae tecta terenda seges  
 Ex et contiguae delapsus margine ripae  
 Sub rapidas currus corruit ille rotas.  
 Territus accurrit genitor, subitus ut jacentem  
 Subtraheret genitum, sed nequit; arcta via est.  
 « Siste, bubulce », rogat; non audit verba bubulcus:  
 Interea premitur conteriturque rotis.  
 Arripit hunc tandem genitor, dolet, ingemit, orat:  
 « Iste tuo vivat munere, Virgo, puer ».  
 Sanguine concreto tumet contusio nati  
 Nullaque jam vitae signa prioris habet.  
 Deploratus erat; renovabant vota parentes:  
 O Virgo, o Mater, vox erat una domi.  
 Praeterit una dies (proh! mirabile dictu)  
 Respirat, loquitur, ridet editque puer.*



*Ex voto lasciato da Maria Reggiana*

rinnovellato il suo vigor, si leva,  
ritenta il dubbio passo... ecco cammina.  
Or volge ormai di quel favor celeste  
quasi il trigesimo anno che il giocondo  
giorno vi adduce e la devota figlia  
vive, la possa ed il favor divino  
de la Vergin Maria magnificando.

E di Maria canta le lodi ancora  
tal che Battista Perego si noma,  
cui la vita testè rese benigna  
la Regina del Ciel. Scendea gravato  
di biondeggianti messe alle sue case  
il carro dei coloni. All'improvviso  
precipita costui giù per la china  
de la contigua ripa e, là caduto,  
fin sotto il carro, misero, il sospinge.  
Corre atterrito il genitor per trarlo  
da quel periglio estremo. Ahimè! chè angusta  
troppo è la via: « Ferma, bifolco » — ei grida,  
ma quel non l'ode e cigolando intanto  
sul corpo del meschin premon le ruote.  
Scende a raccorlo ansioso il genitore  
levando al cielo disperati lai.  
« O Vergin », grida, « per te vive ancora  
il figlio che mi desti ». Ahimè, che invece  
più non respira e del vigor primiero  
segno alcun più resta e la ferita  
è tumefatta di concreto sangue.  
Gemeano i genitor e le dolenti  
natie pareti d'un sol grido l'eco  
ripercuotean gemendo. « Or tu lo salva  
o Vergin, o Madre! » Un giorno intanto,  
un sol giorno trascorre; ed ecco il figlio,  
oh! meraviglia, ancor respira e parla,  
sorridente e apre la sua bocca al cibo.